In contrapuncto dare potest duas vel tres imperfectas ad plus, sed postea debet sequi perfecta.

In contrapuncto debet esse semper imperfecta et ultima perfecta.

In contrapuncto non debet dare duas equales notas que sint duorum temporum, etiam si sonaret in prima, quinta, et in secunda, sexta.

Sciendum est quod (31v) contrapunctus aut fit in tempore perfecto maiori aut fit in tempore perfecto minori; idcirco sit prima conclusio ista.

Si contrapunctus fit in tempore perfecto maiori, potest dividi ab una brevi perfecta, et alia semibrevis perfecta. Racio quia brevis perfecta maioris valet tres semibreves, et ideo potest dividi in tribus.

Notandum est quod aliud est imperficere, et aliud est dividere, quia quelibet nota potest dividi tam perfecta quam imperfecta, sed non imperfici, si solum potest perfecta potest imperfici et sic in plus se habet dividere quam imperficere.

Contrapunctus maioris in tempore perfecto potest dividi in tribus speciebus equaliter perfectis.

Contrapunctus in tempore perfecto potest dividi in tribus semibrevis et una minima, et hoc quoad unam eius partem. Ratio quia quelibet pars est perfecta, et quelibet valet tres minimas. Ergo quelibet est divisibilis in tribus partibus.

Contrapunctus potest dividi in tribus semibrevis et duobus minimis, et de hoc quoad duas partes eius.

Contrapunctus potest dividi in tribus semibrevis et tribus minimis, et de hoc quoad tres partes eius.

Contrapunctus potest dividi in duabus semibrevis et quinque minimis, et hoc quoad unam partem eius.

Contrapunctus potest dividi ab una semibrevis et septem minimis, et hoc quoad duas partes eius.

Contrapunctus etiam potest dividi in novem minimis, et hoc quoad omnes partes eius; talis est contrapunctus, non potest plus dividi.

Contrapunctus in tempore perfecto potest dividi in una brevi et una semibrevis imperfecta ratione supra data. Potest etiam dividi in duabus semibrevis. Potest etiam dividi in duabus semibrevis et duabus minimis. Potest etiam dividi et quatuor minimis et una semibrevis perfecta. Potest etiam dividi in sex minimis.

Contrapunctus maioris in tempore perfecto potest dividi in una brevi et una minima. Potest etiam dividi in duas semibreves perfectas. Potest etiam dividi in duabus semibrevis et duabus minimis. Potest etiam dividi in quatuor minimis et una semibrevis. Potest etiam dividi in sex minimis.

Contrapunctus minoris prolacionis in tempore imperfecto potest dividi in duabus semibrevis. (32r) Potest etiam dividi in una semibrevis et duabus minimis. Potest etiam dividi in quatuor minimis.

Verum quia cantores utuntur termino binario non quod illorum sit tempus per se, sed est bene diminutio facta in tempore.

Sed si vis cognoscere in quo tempore sit facta, vide diminucionem ipsius.

2. Species discantus sunt quindecim (De ratione contrapuncti. Capitulum secundum).

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, c. 32rv)

(32r) Species discantus sunt quindecim, scilicet, unisonus, secunda, tertia, quarta, quinta, sexta septima, octava, nona, decima, undecima, duodecima, terciadecima, quartadecima, et quintadecima.

Istarum autem sunt concordantes, scilicet, unisonus, quinta, octava, duodecima, et quintadecima.

Alie sunt discordantes que de se nichil valent nisi mixte concordentur, scilicet tertia, sexta, decima, terciadecima.

De hiis autem utimur in contrapuncto, sed cum discantamur frangendo vocem utimur aliis minimis, scilicet secunda, quarta, septima, nona, undecima, quartadecima.

Semper autem debemus incipere et finire per spetiem concordantem; si cantus ascendit debemus descendere et si descendit debemus ascendere regulariter per species supradictas; si incipimus per octavam possumus continuare quintam vel sextam vel decimam et duodecimam, et hoc secundum quod cantus planus est positus.

Si incipimus per quintam vel duodecimam potest subsequi terciam vel decimam vel octavam vel etiam sextam, et sic de singulis procedendo prout cantus est positus in sua nota. Possumus etiam facere in simul duo vel tres tercias vel sextas, post tamen debet sequi in contenti (?) species concordata (?), hoc addito quod semper regulariter post sextam debet sequi octavam et post terciam quintam, videlicet unisonus et sexta a suo cantu.

Item non debemus uti simul et semel duabus vocibus concordantibus et consonantiis.

Nam tunc sequeretur cantum planum et asimiliaretur cantui taberne.

Debemus autem considerare ascensum vel descensum cantus plani taliter quia cum dictis speciebus possumus eum superare.

Nam si cantus planus ascendit non possumus incipere nisi per speciem altam, scilicet octavam et decimam.

Nam si cantus descendit debemus incipere per quintam vel unisonus vel etiam (32v) octavam secundum quod cantus est positus si suo cursu debemus discere discantus cum cetera prolacione.

In contrapuncto interdum possumus facere in uno puncto unisonam cum tertia vel quinta vel sexta vel octava vel decima vel quintam cum octava vel octavam cum quinta cum tertia.

Sciendum est quod etiam habemus quatuor prolaciones principales seu modo vel tempore, scilicet: tempus perfecti maioris; tempus perfecti minoris; tempus imperfecti maioris; tempus imperfecti minoris.

Item habemus duas alias prolaciones exeuntes ab istis, videlicet una semibrevis perfecta et altera imperfecta.

Tempus semibrevis prolatio perfecti maioris continet tres semibreves perfectas,

et quilibet semibrevis continet tres minimas vel quattuor contrutas (?) seu imperfectas. Et sic pro isto tempore transeunt novem minime perfecte vel eius imperfecte et ordinantur in modo ternario et imperfecto binario.

Tempus seu prolatio perfecti minoris continet sex semibreves imperfectas et quilibet semibrevis continet duas minimas perfectas et sic pro isto tempore transeunt sex minime perfecte et ordinantur modo binario.

Tempus seu prolatio imperfecti maioris continet duas semibreves perfectas quarum quilibet valet tres minimas perfectas vel quattuor imperfectas et sic transeunt pro uno tempore sex minime et ordinantur in modo ternario et octo imperfectas et ordinantur in modo binario.

Tempus imperfecti minoris continet duas semibreves imperfectas quarum quilibet valet duas minimas perfectas et unum tempus valet quattuor minimas, et ordinantur modo binario.

3. Sciendum est quod sex sunt consonantie

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, cc. 32v-35r)

(32v) Sciendum est quod sex sunt consonantie quibus communiter uti possumus in discantu, videlicet unisonus, quinta, octava, [decima], quintadecima, et decimaoctava.

Et sex sunt dissonantie, scilicet tertia, sexta, decima, terciadecima, et decima-septima, et vigesima.

Capiendo supra tenorem quintam vocem vel duodecimam vel decimam octavam, prout debes capere sol vel ut pro re; la vel re pro mi; mi, pro fa; fa, pro sol; sol vel re pro la vel mi.

Capiendo supra tenorem octavam vel quintadecimam sive (33r) unisonam, pro ut debes capere fa vel ut; pro re, sol vel re; pro mi, la vel mi; pro fa, fa; pro sol, sol vel ut; descendendo de quinta in unisonam pro una pari debes descendere quintam, videlicet pro ut-ut, sol-ut; pro re-re, la-re; pro mi-mi, mi-mi; pro* fa-fa, fa-fa; pro sol-sol, sol-ut, pro la-la, la-re la.

Descendendo de quinta in unisonam, si tenor ascendit unam debes descendere quartam, videlicet pro ut-re, sol-re; pro re-mi, la-mi; pro mi-fa, mi-fa; pro fa-sol, fa-ut; pro sol-la, sol-re; et contrario una sursum debes ascendere quartam, videlicet pro re-ut, re-sol; pro mi-re, mi-la; pro fa-mi, fa-mi, pro sol-fa, ut-fa, pro la-sol, re-sol.

Descendendo de quinta in unisonam pro duabus sursum debes descendere tertiā, videlicet pro ut-mi, sol-mi; pro re-fa, la-fa; pro mi-sol, mi-ut; pro fa-la, fa-re et contrario pro duabus deorsum debes ascendere tertiā, videlicet pro mi-ut, mi-sol; pro fa-re, fa-la, pro sol-mi, ut mi; pro la-fa, re-fa.

Descendendo de quinta in unisonam, pro quarta debes descendere unam, videlicet pro ut-fa, sol-fa; pro re-sol, la-sol; pro mi-la, mi-re; et contrario pro quarta inferius debes ascendere unam, videlicet** pro fa-ut, fa-sol; pro sol-re, sol-la; pro la-mi, re-mi.

Item pro quinta sursum debes stare firmus, videlicet pro ut-sol, sol-sol; pro re-la, la-la; et de converso pro quinta inferius debes tenere unisonam, videlicet pro sol-ut, sol-sol; pro la-re, la-la.

Item pro sexta sursum debes ascendere unam, videlicet pro ut-la, sol-la; et de converso pro sexta inferius debes descendere unam, videlicet pro la-ut, la-sol.

Item de octava in quintam pro unisona debes descendere quartam, videlicet pro

ut-ut, fa-ut; pro re-re, sol-re; pro mi-mi, la-mi; pro fa-fa, fa-ut; pro sol-sol, sol-re; pro la-la, la-mi; et contrario ascendendo de quinta in octavam pro unisonam debes ascendere quartam, videlicet pro ut-ut, ut-fa; pro re-re, re-sol; pro mi-mi, mi-la; pro fa-fa, fa-ut-fa; pro sol-sol, la-sol; pro la-la, mi-la.

Item descendendo de octava in quinta pro una sursum debes descendere tertiā, videlicet pro ut-re, fa-re; pro re-mi, sol-mi; pro mi-fa, la-fa; pro fa-(33v)-sol, fa-re; pro sol-la, sol-mi; et de converso ascendendo de quinta in octavam pro una inferius debes ascendere ad tertiā: pro re-ut, re-fa; pro mi-re, re-sol; pro mi-fa, fa-la; pro sol-fa, re-fa; pro la-sol, mi-sol.

Item descendendo de octava in quintam pro tertiā sursum debet descendere unam, videlicet pro ut-mi, fa-mi; pro re-fa, sol-fa; pro mi-sol, la-sol; pro fa-la, fa-mi; et e converso ascendendo de quinta in octavam pro tertiā deorsum debet ascendere unam, videlicet pro mi-ut, mi-fa; pro fa-re, fa-sol; pro sol-mi, sol-la; pro la-fa, mi-fa.

Item descendendo de octava in quinta pro quarta sursum debes tenere unisonam: pro ut-fa, fa-fa; pro re-sol, sol-sol; pro mi-la, la-la; et e converso ascendendo de quinta in octavam pro quarta inferius debes tenere unisonam, videlicet pro fa-ut, fa-fa; pro sol-re, sol-sol; pro la-mi, la-la.

Item de octava in quintam pro quinta sursum debes ascendere unam, videlicet pro ut-sol, fa-sol; pro re-la, sol-la; et e converso ascendendo de quinta in octava pro quinta inferius debet descendere de re unam, videlicet pro re-sol, ut-sol fa; pro la-re, la-sol.

Item descendendo de octava in quintam pro sextam sursum debes ascendere tertiā, videlicet pro la-ut, fa-la.

Item descendendo de quinta in tertiā pro unisona debes descendere tertiā, videlicet pro ut-ut, sol-mi; pro re-re, la-fa; pro mi-mi, mi-ut; pro fa-fa, fa-re; pro sol-sol, sol-mi; pro la-la, la-fa; et e converso ascendendo de tertiā in quintam pro unisona debes ascendere tertiā, videlicet pro la-la, fa-la; pro sol-sol, mi-sol; pro fa-fa, re-fa; pro mi-mi, sol-mi; pro re-re, fa-la; pro ut-ut, mi-sol.

Item descendendo de quinta in tertiā pro una sursum debes descendere unam, videlicet pro ut-re, sol-fa; pro re-mi, la-sol; pro mi-fa, mi-re; pro fa-sol, fa-la; pro sol-la, sol-fa; et e converso ascendendo de tertiā in quintam pro una debes ascendere unam, videlicet pro re-ut, fa-sol; pro mi-re, sol-la; pro fa-mi, la-mi-fa; pro la-sol, fa-sol.

Item descendendo de tertiā in unisonam pro unisona debes descendere tertiā, videlicet pro ut-ut, mi-ut; pro re-re, fa-re; pro mi-mi, sol-mi; pro fa-fa, la-fa; pro sol-sol, mi-ut; pro la-la, fa-re; et de converso ascendendo de unisona in tertiā pro unisona debes ascendere tertiā, videlicet pro ut-ut, ut-mi; pro re-re, re-fa; pro mi-mi, mi-sol; pro fa-fa, fa-la; pro sol-sol, ut-mi; pro la-la, re-fa.

Item descendendo de tertiā in unisonam pro una sursum debes descendere unam, videlicet pro ut-re, mi-re; pro re-mi, fa-mi; pro mi-fa, sol-fa; pro fa-sol, la-sol; (34r) pro sol-la, mi-re; et e converso ascendendo de unisona in tertiā pro una inferius debes ascendere unam, videlicet pro re-ut, re-mi; pro mi-re, mi-fa; pro fa-mi, fa-sol; pro fa-sol, sol-la***; pro la-sol, re-mi.

Item de quinta ad tertiā pro tertiā sursum debes tenere unisonam, et de converso tertiā quintam pro tertiā inferius debes tenere unisonam. Eundem etiam modum tendendum est de duodecimam in decimam et e converso de octava in decimam.

Item sciendum est quod numquam debet fieri tertia nisi tenor immediate ascendit vel descendit, vel descendat ad secundam, et ideo non quod si es in tertia supra tenorem, cum tenor descendat ad secundam debes ascendere ad secundam et eris in quinta; similem modum tenendum est de decima ad octavam et de decima ad duodecimam.

Possumus autem facere duas similes imperfectas sequentes, una post aliam gradatim cum tenore ascendendo vel descendendo.

Imperfecte consonantie semper requirunt post perfectam consonanciam, ut tertia requirit unisonam et sextam octavam.

Non possumus facere duas perfectas unam post aliam, scilicet duos unisonus (*sic*) vel duas quintas.

De speciebus vero imperfectis possumus facere duas vel tres aut quatuor pro necessitate et sic de singulis. Non possumus ascendere vel descendere cum tenore cum aliqua specie perfecta aut imperfecta.

Omnis cantus aut ascendit aut descendit et sub hoc sunt duodecim regule, sex in ascendendo et sex in descendendo.

Prima regula in ascendendo est quod quando cantus planus ascendit per unam notam sicut ut-re, contrapunctus incipiet in octava et descendit tertiā ut venit in quinta sic dicendo: fa-re.

Et nota quod littera inferior et similis superior sunt octave sicut .C.fa.ut inferior et c.sol.fa.ut superius, vel contrapunctus incipit in duodecimam et descendat quartam et veniet in octavam, videlicet si accipiamus cantum planum in C.fa.ut dicendo: ut-re, contrapunctus incipit in g.sol.re.ut superacutum sic dicendo: sol-re; vel si accipiamus quintam descendit quartam et veniet in unisono dicendo sol-re.

Secunda regula in ascendendo est quod si in plano cantu ascendit per duas notas sine medio sicut est ut-mi, contrapunctus ab octava descendat unam et erit in quinta, vel a duodecima descendit tertiā et erit in octava, vel a quinta descendit tertiā et erit unisonus.

Et natura quod contra ut octava est fa, duodecima est sol, quinta est sol, in descendendo est ut, in ascendendo est re, in ascendendo contra mi-la (34v) cum octava mi duodecima et quinta, et contrapunctus fa-sol-la, sicut ut-re-mi.

Tercia regula in ascendendo est quod si planus cantus ascendit tres notas sine medio sicut ut-fa, contrapunctus in octava remanet dicendo eandem, scilicet contrapunctus ut-fa fa-fa, vel a duodecima ascendat unam in octavam dicendo contrapunctum fa-sol-fa, vel a quinta descendat unam in unisonum.

Quarta regula in ascendendo est quod si planus cantus ascendit per quatuor notas sine medio sicut ut-sol, contrapunctus ab octava ascendet unam in quinta, et dicit contrapunctus ut-sol fa-sol, vel descendet quatuor notas et contrapunctus ut-sol fa-ut, et si contrapunctus sit un duodecima remaneat in unisono et erit in octava, et dicit contrapunctus ut-sol sol-sol contra re-la la-la, vel descendat quatuor notas et erit in quinta, et contra ut-sol dicit sol-re, et contra re-la, la-mi.

Quinta regula in ascendendo est quod si planus cantus ascendit per quinque notas sine medio sit (?) ut-la, contrapunctus ab octava ascendit duas et erit in quinta aut descendat duas et erit unisono.

Sexta regula in ascendendo est quod si planus cantus ascendit immediate plures notas sicut ut-re-mi-fa, contrapunctus ab octava descendat ad quintam et postea descendat sicut planus cantus ascendet.

Nota quod si plures note sunt in eodem puncto, tu debes diversificare, ita quod si facias unam quintam octavam, si potest ascendere, vel tertiā vel unisonam si non potest ascendere.

Sequitur alie regule in descendendo.

Prima regula in descendendo est quod si planus cantus [descen] descendat per unam notam, contrapunctus a quinta descendit duas et erit in octava, ab octava ascendit tres et erit in duodecima, ab unisono ascendit quatuor et erit in quinta.

Secunda regula in descendendo est quod si planus cantus descendat per duas notas sine medio, contrapunctus a quinta ascendit unam et erit in octavam, vel ab octava ascendit duas et erit in duodecima, vel ab unisono ascendit duas et erit in quinta.

Tercia regula in descendendo est quod si planus cantus descendat tres notas sine medio ab unisono, ascendit duas et erit in quinta, vel a quinta faciet unisonum et erit (35r) in octavam, vel ab octava ascendet unam in duodecima.

Quarta regula in descendendo est quod si planus cantus descendat quatuor notas sine medio ab unisono, faciat unisonum et erit in quinta, a quinta descendet unam et erit in octava, vel ascendet quatuor et erit in duodecima ab octava, faciet unisonum et erit in duodecima.

Quinta regula in descendendo est quod si planus cantus descendat quinque notas sine medio, contrapunctus ab unisono ascendit duas et erit in octava, a quinta ascendit duas et erit in duodecima.

Sexta et ultima regula in descendendo est quod si planus cantus descendit immediate plures notas, contrapunctus a quinta descendit sicut planus cantus usque ad ultimam, quarum ascendendo faciet octavam ab unisono autem per tertiā ad quintas et octavas.

Nota quod in omni contrapuncto si planus cantus ascendat, tu debes descendere, et fac semper inferiores octavas, medias quintas et tertiā altiores in unisono.

Nota quod terciē sunt tribus modis, videlicet inter duas unisonas, inter duas quintas, et inter unisonam et quintam.

Nota quod sexte fiunt tribus modis, videlicet inter duas octavas, inter duas quintas, et quintam et octavam.

Nota quod sexte fiunt semper in semitonio.

Nota quod decime fiunt tribus modis, videlicet inter duas octavas, inter duas duodecimas, et inter octavam et duodecimam.

* pro] per *ms*

** videlicet] *suprascript.*

*** pro fa-sol, sol-la] *melius*: pro sol-fa, sol-la.

4. Regula contrapuncti

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, c. 35rv)

Ista est regula contrapuncti sine aliqua mutacione per duodecimam.

Nota quod unisonus requirit tertiā. Tercia requirit quintam. Quintam requirit sextam. Sexta requirit octavam. Octava requirit decimam. Decima requirit duodecimam.

In ut dicitur sol duodecima, mi decima, ut octava ad videndum.

In re dicitur la duodecima, fa decima, re octava.

In mi dicitur sol decima, mi octava, ut sexta.

In fa dicitur la decima, fa octava, re sexta.
 In sol dicitur sol octava, mi sexta, re quinta.
 In la dicitur la octava, fa sexta, mi quinta, ut tertia.
 In .b. acuto dicitur sol sexta, fa quinta, re tertia.
 In .c. acuto dicitur la sexta, sol quinta, mi tertia, ut unisonus.
 In .d. acuto dicitur la quinta, fa tertia, re unisonus.
 In .e. acuto dicitur sol tertia, mi unisonus, ut «tertia» inferius.
 In .f. acuto dicitur la tertia, fa unisonus, re tertia inferius.
 (35v) In .g. acuto dicitur sol unisonus, tertia mi inferius, quinta ut inferius.
 In .a. superacuto dicitur la unisonus, tertia fa inferius, «quinta» re inferius

5. Quicumque vult in contrapuncto perfici

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, cc. 35v-37v)

(35v) Quicumque vult in contrapuncto perfici et de ipso perfectam noticiam habere oportet quod sciant quod sunt species contrapuncti. Et est sciendum quod quinque sunt species per quas totum contrapunctus et harmonia comprehenduntur, videlicet unisonus, tertia, quinta, sexta, et octava; quarum tre sunt perfecte, scilicet unisonus, quinta, et octava; imperfecte, scilicet tertia, et sexta.

Sciendum verum secundum alium auctorem sunt novem species contrapuncti sive discantus ponuntur et de eis doctrina hoc modo ab eo traditur. Novem sunt species discantus, videlicet unisonus, tertia, quinta, sexta, octava, decima, duodecima, tertiadecima, quartadecima. Ex quibus speciebus quinque sunt perfecte et quatuor imperfecte.

Perfecte sunt videlicet unisonus, quinta, octava, duodecima, et quintadecima.

Imperfecte sunt videlicet tertia, sexta, decima, et tertiadecima. Et debemus incipere contrapunctum sive discantum per speciem perfectam et etiam finire.

Item debemus mescuere perfectas inter imperfectas, et possumus facere duas vel tres tercias ascendendo vel descendendo; similiter duas vel tres sextas maxime descendendo.

Item non debemus facere duas similes species in simul; bene tamen possumus facere duas species perfectas dissimiles, sicut decet facere unam quintam et unam octavam.

Item unisonus requirit terciam. Tercia requirit quintam. Quinta requirit sextam. Sexta semper requirit octavam, et sic de aliis.

Preterea debemus scire quod quando planus cantus ascendit debemus descendere, et quando descendit debemus ascendere, et hoc sufficient.

Nota quod numquam debet dici mi contra fa et e converso in specie perfecta per contrapunctum.

Item quando tenor seu cantus ascendit, contrapunctus descendere debet, et e converso, et specialiter per species perfectas, quia non licet per ipsas simul ascendere et descendere cum cantu plano.

Item per species imperfectas bene licet simul ascendere vel descendere tantum, non tamen ascendere et descendere simul.

Item contrapunctus semper debet incipi et finire per speciem perfectam.

Item quando cantus vel tenor planus incipit in basso, contrapunctus (36r) debet incipi altius secundum dispositionem contrapuncti quem discantans vult facere sive fuerit b quadrum sive per b molle, et sic de aliis.

Item non debent fieri due species perfecte similes una post aliam sine medio, sicut sunt duo unisonus vel due quinte, et sic de aliis.

De speciebus imperfectis est sciendum quod semper sunt subiecte a speciebus perfectis, tamen dicte species imperfecte, sicut tertia et sexta, sunt in duplici dicitura. Nam quedam sunt maiores et quedam minores.

Maiores sunt ille que constant ex pluribus notis vel tonis.

Et minores ille que constant paucioribus tonis: unde tertia que constat ex duobus tonis dicitur esse maior, illa vero que fit inter re et fa, vel inter mi et sol dicitur esse minor.

Similiter et sexta que fit ex pluribus tonis sicut illa que fit ex quatuor tonis et uno semitonio dicitur esse maior.

Illa que fit ex paucioribus tonis, sicut illa que fit ex tribus tonis et duobus semitonis, dicitur esse minor, et sic illa que de C.fa.ut, a.la.mi.re vel de F.fa.ut ad d.la.sol.re dicitur esse maior etiam de aliis.

Illa vero que fit de E.la.mi usque ad c.sol.fa.ut vel de a.la.mi.re ad F.fa.ut, etiam de aliis dicitur esse minor.

Item tertia minor requirit unisonum, et si de natura sua sit maior, tunc fit minor per ablationem, unde signum b molle exemplum que fit minor.



Item nota quod aliquociens possunt fieri due tercie minores mixtum vel una sine unisono et sine quinta, dum tamen sequatur sexta maior et ipsam sequatur octava vel solum sequatur octava sine sexta.

Item tertia maior semper requirit quintam et sit (*sic!*) de natura sit minor, tunc fit maior per additionem semitonii mediante signo # quadrati, exemplum ut hic patet:

(36v)



Similiter dicendum est de sexta maiori que requirit octavam et si de natura sua sit minor, tunc oportet ipsam finire per additionem semitonii mediante signo # quadrati, ut hic patet inferius:



Item dictum est ut supra in quarta regula quod non licet contrapunctum cum cantu plano simul ascendere et descendere per species perfectas, illud verum est nisi mediante specie perfecta quia tunc licet ascendere et descendere, videlicet quando tenor descendit per quatuor notas faciendo quintam, contrapunctus potest descendere unam dumtaxat, tum tamen a me illam quintam veniat tertiam, et e converso, et idem est dicendum de sexta et octava, ut patet per exempla sequentia, ut hic patentur:

Exemplum et «e» converso ut hic:




Exemplum de octava ut hic:



Exemplum et «e» converso ut hic supra:



Item est alia exceptio, videlicet quando cantus planus descendit per quinque notas, contrapunctus potest descendere per tres, sed ista regula non est multum in usu nec debemus in ista uti nisi in necessitate vel in cantu composite ubi sunt duo vel tres cantus, ut hic patet:




(37r) Item alia exceptio a dicta quarta regula, videlicet quando cantus planus ascendit vel descendit per quinque voces, tunc contrapunctus potest ascendere vel descendere simul cum canto plano solum per unam vocem. Exemplum de utroque:



Item et nota regula[m] generalem quod quodcumque ponuntur due species in eodem sono quarum prima est perfecta et secunda imperfecta minor, tunc illa imperfecta non potest habere suam perfectionem in notula immediate sequenti quamvis in alia immediate sequenti possit habere. Et nota ut dicitur imperfecta minor, quia si sit maior bene potest habere ut patet in exemplis sequentibus:



Exemplum quando potest de specie imperfecta minori, ut hic supra patet:




Exemplum quando non potest cum nota immediate sequenti sed cum alia, ut hic supra patet:




Exemplum quando potest de specie perfecta maiori, ut habet supra:

Nota quod tertia minor nunquam potest stare ante quintam ipsis exeuntibus in eodem sono secus est de tertia maiori, ut hic patet:

Exemplum de tertia minori:



Exemplum de tertia maiori:



Nota quod quodcumque in cantu plano ponuntur plures voces (37v) in eodem spacio vel in eadem linea, tunc sexta potest fieri sine octava, dum tamen ipsam sequatur quinta immediate, ut patet inferius per exemplum:



Ideo istud fieri potest quia inter quintam et sextam nulla est dissonantia nec in tono nec in semitono, quod contrarium est inter sextam et octavam.

Item nota quod aliquando sexta potest fieri sine octava, dum tamen sequatur tertia vel terciæ, et post illam vel illas sequatur unisonus, et hoc fit ut evitetur reiteratio similis vocis, et sic est exceptio ut hic patet per exemplum:

Exemplum quando sequitur une terciæ:



Exemplum quando sequuntur plures terciæ:



Item nota quod aliquando contingit in cantu plano notarum reiteratio fieri, et tunc sexte possunt fieri sine octava, et hoc sit ad dilatandum perfectionem, ut hic patet per exemplum:



Item nota quod sunt tres contrapuncti communes per quos omnis contrapunctus comprehenditur (*sic!*), quorum unus accipitur in G.sol.re.ut gravi; secundus in c.sol.fa.ut; et tertius in g.sol.re.ut acuto, qui debent adisci divisum ut melius intelligantur et citius.

Item nota quod in contrapuncto nature, videlicet qui fit per deductionem c.sol.fa.ut, non potest semper quis uti regulis generalibus, et hoc causa necessitatis propter imperfectionem quinte que cadit supra b.fa, quia non debet dicit fa contra mi in contrapuncto per species perfectas, ut dictum est supra.

6. Versus de ratione contrapuncti

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, cc. 37v-38r)

De ratione contrapuncti versus et primo:

Penta discantus concordi sunt quoque cantus,

(38r) Cum terna primam quinta facies quoque sextam.

Hiis duplam iunges ad insuper addere debes

Perfectas primam semper quintam dic quoque duplam.

Istis perfectis ternam sextam numeramus,

Per sextam duplam ternam post protrahe quintam.

Ut unisonus dat, fa-ut tibi octava,

Prebet mi tertia, sed tertia dat tibi mi-la.

Quinta dat ut-sol atque duodecima simul,

Prebet re sexta, mi computetur iniuste.

Re unisonus dat, sol-re tibi octavam,

Prebet fa tertia, ita quod decima format.

Quinta dat re-la atque duodecima simul,

Prebet mi sexta, mi computetur iniuste.

Mi unisonus dat, la-mi tibi octava,

Dat ut-sol tertia, decima sibi societur.

Dat tibi mi quintam, duodecima vult sibi addi;

Dat fa vult ut sexta, ut unisonus tibi sonet.

Fa unisonus dat, fa-ut tibi octava,

Prebet la tertia, sed decima dat tibi mi-la.

Quinta dat ut-sol atque duodecima simul,

Prebet sol sexta sine dubioque.

8. Sermo sancti Bernardi abbatis de modo psalendi.

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, c. 60r)

Psalmodyam non diu protrahimus, sed rotunde et viva voce cantemus. Metrum et finem versus simul intonemus, simul dimittamus. Punctum nemo teneat, sed cito dimittat. Post punctum bonam pausam faciamus. Nullus autem ante alios incipere et nimis currere presumat, aut post alios nimium trahere vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pausamus, semper ascultando (*sic!*). Quicumque incipit antiphonam aut psalmum aut hymnum aut responsorium aut alleluia, unam aut

duas partes solus tractim dicat, aliis tacentibus, et ab eo loco quo ille dimittit alii incipiant non repetentes quod ille iam dixit. Similiter teneatur dum cantor incipit antiphonam, alleluia vel responsorium. Hoc ubicumque servetur ne alter redierit quod ab altero iam dictum est. Dum hymnos, alleluia, responsoria cantamus in clausulis, aliquantulum expectemus, maxime in festivis diebus.

Non vox, sed votum. Non musica cordula, sed cor. Non clamor, sed amor cantat in aure Dei.

Ante Deum stantes, non sitis corde vagantes.

Si cor non orat, in vanum lingua laborat.

Melius est modicum psallere cum iubilatione mentis, quam plurimum cum anxietate cordis.

Item moneo, dilectissimi fratres, pure, semper ac strenue divinis interesse laudibus. Strenue quidem ut sicut reverenter, ita alacriter Domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non ossitantes*, non parcentes vocibus, non precipitantes verba divina, non integra transilientes, non fractis et remissis vocibus muliebri quoddam balbute voces sonantes, sed virili, ut dignum est, et sonitu et affectu, voces spiritu deprimentes, pure verbo, ut nichil aliud dum psallitis quam quod psallitis cogitetis.

Hec Bernardus.

* ossitantes] *legatur* oscitantes.

9. Versus de tonis

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, c. 66r)

Post tenebras iubar excepto celiq; nitore

Hypermixolidius tropus sive tonus* - Firmamentum stellarum;

Exue merorem, sterilis decus indue letum

Mixolidius tropus sive tonus - Saturnus;

Nata Syon gaude, cantu letare sonorum

Ypolidius tropus sive tonus - Jupiter;

Prelia, non pacem, curro gladiumque minantem

Lydius tropus sive tonus - Mars;

Exulto nascente deo, dominumque saluto

Hypophrigius tropus sive tonus - Sol, princeps planetarum;

Letities dulces canto, mentemque fingo

Phrigius tropus sive tonus - Venus;

Utor amicitie, studiis namque gubernio

Hypodorius tropus sive tonus - Mercurius;

Tardius incedens requiem sompnumque ministro

Dorius tropus sive tonus - Luna infirmorum.

* Hec sunt nomina tonorum secundum Boetium *in mg.*

10. Versus de musis

(Bergamo, Biblioteca Civica "A. Mai", MAB 21, c. 66r)

Thalia tempore nocturno syleo tellure sub alta;

Clyo me oppressit leuto quia tramite curo;

Chaliope humanas teneo variis contentibus aures;

Terpsichore* suuria (?) post didici tristes inducere curas;
 Melpomene undique fulgentes, radios lucemque ministro;
 Eractho victori semper faveo, victosque repello;
 Euterpe leticie sceptrum teneo regnumque gubernio;
 Polihymnia luctu residens risus et gaudia spiro;
 Urania despiciens tereas humiles celestia auro.

* Terpsichore] Terpsichore *ms.*

TRASCRIZIONI

1. *Missus est Gabriel archangelus* (Bergamo, Bibl. "A. Mai", MAB 21, cc. 94v-95r)

Nella prima strofa, la seconda frase musicale ha nel manoscritto un evidente errore sulla terza sillaba del verso relativo ("Gabriel de celis"): sol-mi, anziché la-fa, che è stato emendato. Della notazione quadrata manoscritta è offerta una trascrizione amensurale, ma l'articolazione della melodia sembra suggerire la possibilità di un'esecuzione ritmica, preferibilmente ternaria.

I. Mis-sus est ar-chan-ge-lus Ga-bri--el de ce-lis,
 qui--a de-o nun-ti-us de-s<c>en-dit fi-de-lis,
 nun-ti-a-vit Ma-ri-e sum-mi re-gis fi-li-e ta-li-bus lo-que-lis:

II. A---ve ple-na gra-ti-a, ful-gens ut au-ro-ra,
 que can-do-re li- li-um su--pe----ras de-co-ra,
 yhe-su in te ve-ni-et et car-nem su-sci-pi-et de te si-ne mo-ra.

III. Re-spon-dit ad an-ge-lum vir-go ad-mi-ra-ta:
 ab or-tu vir-gi-ni-tas est mi-chi ser-va-ta.
 Et di-xit: o Ma-ri-a, ex di-vi-na gra-ti-a e-ris o-bum-bra--ta.

2. *Conceptio tua, Dei genitrix virgo* (Bergamo, Bibl. "A. Mai", MAB 21, cc. 100v-102r)

Nella notazione della polifonia semplice può talvolta sconcertare il diverso raggruppamento di suoni da una voce all'altra a fronte di una scrittura musicale rigorosamente nota contro nota (cfr. *supra*, nota 55). Si è pertanto scelto di non evidenziare le legature nella trascrizione di *Conceptio tua*, il cui facsimile è disponibile nella collezione curata da F. Alberto Gallo e Giuseppe Vecchi (cit. *ibid.*), tavole XII-XV.

Supra
Con-cep-ti-o tu--a, De-i ge-ni-trix vir-go,

Tenor
Con-cep-ti-o tu--a, De-i ge-ni-trix vir-go,

Contra altus
Con-cep-ti-o tu--a, De-i ge-ni-trix vir-go,

Contra bassus
Con-cep-ti-o tu--a, De-i ge-ni-trix vir-go,

Supra
gau-di-um an-nun-ti-a-----vit u-ni-ver-so mun-do:

Tenor
gau-di-um an-nun-ti-a-----vit u-ni-ver-so mun-do:

Contra altus
gau-di-um an-nun-ti-a-----vit u-ni-ver-so mun-do:

Contra bassus
gau-di-um an-nun-ti-a-----vit u-ni-ver-so mun-do:

Supra
ex te e-nim or-tus est sol iu-sti-ci-e, Chri-stus De-us no-ster

Tenor
ex te e-nim or-tus est sol iu-sti-ci-e Chri-stus De-us no-ster

Contra altus
ex te e-nim na-tus est sol iu-sti-ci-e, Chri-stus De-us no-ster

Contra bassus
ex te e-nim or-tus est sol iu-sti-ci-e, Chri-stus De-us no-ster

Supra
qui sol-vens ma-le-di-cti-o---nem, de-dit be-ne-di-cti-o-nem:

Tenor
qui sol-vens ma-le-di-cti-o---nem, de-dit be-ne-di-cti-o-nem:

Contra altus
qui sol-vens ma-le-di-cti-o---nem, de-dit be-ne-di-cti-o-nem:

Contra bassus
qui sol-vens ma-le-di-cti-o---nem, de-dit be-ne-di-cti-o-nem:

Supra
 et con-fun-dens mor-tem do-na-vit no-----bis vi-tam

Tenor
 et con-fun-dens mor-tem do-na-vit no-----bis vi-tam

Contra altus
 et con-fun-dens mor-tem do-na-vit no-----bis vi-tam

Contra bassus
 et con-fun-dens mor-tem do-na-vit no-----bis vi-tam

Supra
 sem-pi-ter-nam, al-le-lu-ya.

Tenor
 sem-pi-ter-nam, al-le-lu-ya.

Contra altus
 sem-pi-ter-nam, al-le-lu-ya.

Contra bassus
 sem-pi-ter-nam, al-le-lu-ya.

TAVOLE





Tavola 1. Diagramma (Bergamo, Bibl. "A. Mai", MAB 21, c. 65v)

PRACTICA MUSICE FRANCHINI GAFORI LAVDENSIS.

Tavola 2. Diagramma (Franchino Gaffurio, *Practica Musicae*, Milano, 1496, c. 1r)

L'INTERPRETATION DU CHANT GREGORIEN AUJOURD'HUI

Les vingt dernières années semblent avoir été marquées par une étonnante diversification des styles d'interprétation du chant grégorien. Dans un premier temps, nous essaierons de cerner les composantes de ce phénomène. Puis, nous dégagerons quelques principes qui permettent d'opérer les discernements nécessaires face à la multitude de productions qui sont proposées à nos oreilles.

La diversité des interprétations

Regard historique

L'influence des moyens de communication nous rend particulièrement sensibles à la diversité des interprétations: il nous est en effet possible d'entrer en contact quasi immédiat avec le chant d'un nombre considérable de groupes d'origines et de styles très variés. Le phénomène semble prendre aujourd'hui des proportions inhabituelles, mais il mérite d'être convenablement situé dans l'histoire. En effet la multiplicité des interprétations grégoriennes n'est pas chose tout à fait neuve.

Les plus anciens manuscrits contenant les mélodies grégoriennes remontent au X^e siècle. Ces tous premiers témoins, originaires de régions assez différentes, (Suisse allemande, Lotharingie, nord de la France et Armorique), présentent un accord à peu près unanime sur la composition des pièces et donc sur leur interprétation, au moins quant à ce qu'ils en ont consigné. Ils attestent ainsi l'existence d'une tradition unique, à bon droit reconnue aujourd'hui comme référence pour l'interprétation du chant de l'Eglise romaine. Cependant, on peut constater dès cette époque de petites différences de style, de fines nuances d'agogique entre les diverses écoles régionales.